

PROPRIO DE LA MISA

SAN EUSEBIO

Obispo y mártir

16 de Diciembre - Fiesta clase 3.^a - Rojo

Daniel 3.84,87,57

SACERDOTES Dei, benedicite Dominum: sancti et humiles corde, laudate Deum. *Ps.* Benedicite, omnia opera Domini, Domino: laudate et superexaltate eum in sæcula. Gloria Patri.

DEUS, qui nos beati Eusebii Martyris tui atque Pontificis annua solemnitate lætificas: concede propitius; ut cujus natalitia colimus, de ejusdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum.

En Adviento, conmemoración de la feria.

2 Corintios 1.3-7

FRATRES: Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: ut possimus et ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt, per exhortationem, qua exhortamur et ipsi a Deo. Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis: ita et per Christum abundat consolatio nostra. Sive autem tribulamur pro vestra exhortatione et salute, sive consolamur vestra consolatione, sive exhortamur pro vestra exhortatione et salute, quæ operatur tolerantiam earundem passionum, quas et nos patimur: ut spes nostra firma sit pro vobis: scientes quod sicut socii pas-

INTROITO

Sacerdotes de Dios, bendecid Sal Señor; santos y humildes de corazón, bendecid al Señor. Salmo. Obras del Señor, bendecid todas al Señor; alabadle y engrandecedle por siempre. *V.* Gloria al Padre.

COLECTA

¡Oh Dios!, que cada año nos alegras con la solemnidad de tu santo obispo y mártir Eusebio.; concédenos propicio gozar de la protección de aquél cuya entrada en el cielo celebramos. Por nuestro Señor Jesucristo.

EPÍSTOLA

Hermanos: Bendito sea Dios, Padre de nuestro Señor Jesucristo, Padre de las misericordias, y Dios de toda consolación, que nos consuela en todas nuestras tribulaciones, para que también nosotros podamos consolar a los que se hallan en cualquier trabajo, con la misma consolación que recibimos de Dios. Porque así como abundan para nosotros los sufrimientos de Cristo, así abunda nuestra consolación por Cristo. Si somos atribulados, lo somos para vuestra consolación y salud; si consolados, lo somos para vuestra consolación, que os ayuda a soportar con paciencia los mismos sufrimientos que nosotros soportamos. Y nuestra esperanza es firme respecto a vosotros, sabiendo que, como sois com-

sionum estis, sic eritis et consolationis: in Christo Jesu Domino nostro.

Salmo 8.6-7

GLORIA et honore coronasti eum. Et constituisti eum super opera manuum tuarum, Domine.

ALLELUIA, alleluia. Hic est sacerdos, quem coronavit Dominus. Alleluia.

Mateo 16.24-27

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam: qui autem perdidit animam suam propter me, inveniet eam. Quid enim prodest homini, si mundum universum lucratur, animæ vero suæ detrimentum patiat? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum angelis suis: et tunc reddet unicuique secundum opera ejus.

Salmo 88.21-22

INVENI David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meum confortabit eum.

MUNERA tibi, Domine, dicata sanctifica: et, intercedente beato Eusebio Martyre tuo atque Pontifice, per eadem nos placatus intende. Per Dominum.

En Adviento, conmemoración de la feria.

pañeros en las penas, lo seréis también en la consolación, en nuestro Señor Jesucristo.

GRADUAL

Le has coronado de gloria y de esplendor. *V̄.* Le has constituido sobre las obras de tus manos, Señor.

ALELUYA

Aleluya, aleluya. *V̄.* Éste es el sacerdote a quien el Señor ha coronado. Aleluya.

EVANGELIO

En aquel tiempo : Dijo Jesús a sus discipulos: Si alguien quiere venir en pos de mi, niéguese a sí mismo, tome a cuestras su cruz y sígame. Pues quien quisiere poner a salvo su vida, la perderá; mas quien perdiere su vida por mi causa, la recobrará. Porque ¿que provecho sacará el hombre si gana todo el mundo, pero pierde su alma? O ¿que dará el hombre a cambio de recobrar su alma? Porque el Hijo del hombre ha de venir en la gloria de su Padre, acompañado de sus ángeles, y entonces dará en pago a cada cual conforme a sus obras.

OFERTORIO

He hallado a David, mi siervo; lo he unguado con mi óleo sagrado; mi mano le protegerá y le fortalecerá mi brazo.

SECRETA

Santifica, Señor, los dones que ofrecemos; y por ellos y por la intercesión de tu santo obispo y mártir Eusebio, miranos benignamente. Por nuestro Señor Jesucristo.

PREFÁCIO COMÚN

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominaciones, tremunt Potestates. Cœli, cœlorumque Virtutes ac beata Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti, jubeas, supplici confessione dicentes:

En verdad es digno y justo, equitativo y saludable, que en todo tiempo y lugar, te demos gracias, Señor, santo, Padre, omnipotente y eterno Dios, por Cristo nuestro Señor. Por quien los Angeles alaban a tu majestad, las Dominaciones la adoran, tiemblan las Potestades, los Cielos y las Virtudes de los cielos, y los bienaventurados serafines la celebran con igual júbilo. Te rogamos que con sus alabanzas recibas también las nuestras cuando te decimos con humilde confesion:

Salmo 20.4

POSUISTI, Domine, in capite ejus coronam de lapide pretioso.

COMUNIÓN

Has puesto, Señor, sobre su cabeza una corona de piedras preciosas.

POSCOMUNIÓN

HÆC nos communio, Domine, purget a crimine: et, intercedente beato Eusebio Martyre tuo atque Pontifice, cœlestis remedii faciat esse consortes. Per Dominum.

Purifiquenos. Señor, esta comunión de toda culpa; y por la intercesión de tu santo obispo y mártir Eusebio, háganos participantes del remedio celestial. Por nuestro Señor Jesucristo.

En Adviento, conmemoración de la feria.